

conventus monialium in Nymzchen Cysterciensis ordinis Mersenburgensis diocesis, si quod vacat ad presens, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et providemus de illo. Si vero nullum tale beneficium ad eorundem abbatisse et conventus collationem presentationem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel divisim spectans vacat ad presens, nos simile beneficium inibi proximo vacaturum, quod 5 de iure similiter nulli alii debeatur, conferendum tibi, cum vacaverit donationi apostolice, reservamus decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis [a] quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, non obstantibus, si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad dictarum abbatisse et conventus collationem presentationem seu quamvis aliam dispositionem com- 10 muniter vel divisim spectantibus speciales vel in illis partibus generales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra huiusmodi beneficia expectantibus te in ipsius beneficii assecutione volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem aliorum beneficiorum preiudicium generari, 15 seu si eisdem abbatisse et conventui vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint quodque de huiusmodi beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem presentationem seu quamvis dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo 20 ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli 2c. nostre collationis provisionis reservationis et constitutionis infringere 2c. Datum Avinione VII. idus 25 iunii anno decimo.

Propst und Decan der Wurzener (Witzchinensis) Kirche und Hermann von Colditz, Canonicus der Breslauer Kirche, werden beauftragt den Otto Liznik in das ihm verliehene Beneficium einzuführen und ihn im Besitz desselben zu schützen. Datum ut supra.

30

347^a.

Avignon, 1360 Oct. 11.

Hdschr.: Vatikan. Archiv Rom Innoc. VI. Reg. sup. an. VIII fol 309^b.

Ann.: Vergl. Gustav Schmitt Pöbstl. Urkunden und Regesten aus den Jahren 1353—1378, 103.

Heinrich Brunner, Generalprocurator des deutschen Ordens, bittet Papst Inno- 35 cenz VI., quatenus Kunoni de Hayn presbytero de — beneficio — vacante vel vacaturo spectante communiter ad collationem 2c. abbatisse et conventus monasterii in Nyntzen Misnensis diocesis dignemini providere, non obstante, quod eidem de canonicatu sub expectatione maioris prebende ecclesie Cycensis Nuemburgensis diocesis alias per s. v. fuit provisum. — Datum Avinione v. idus octobris anno octavo.

40